

in partes distribuenda est omnis doctrina dicendi? C.F. In tres. C.F. Cedo quas? C.P. Primum in ipsam uim Oratoris, Deinde in orationem, tum in quaestionem. C.F. In quo est ipsa uis? C.P. In rebus & uerbis. Sed & res & uerba inuenienda sunt, & collocanda: Proprie autem in rebus inuenire, in uerbis eloqui dicitur: Collocare autem etsi est commune, tamen ad inueniendum refertur. Vox, motus, uultus, atque omnis actio eloquendi comes est, earumque omnium custos est memoria. C.F. Quid orationis, quot sunt partes? C.P. Quatuor, earum duae ualent ad rem docendam, narratio, & confirmatio. Ad impellendos animos duae, principium, & peroratio. C.F. Quid quaestio? quasnam habet partes? C.P. Infinitam, quam consultationem appello, & definitam, quam causam nominor? C.F. Quoniam igitur primum est inuenire oratoris, quid quaeret? C.P. Ut inueniat quemadmodum fidem

dem